Tustanowski adscribit alio

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castren. Premislien. Nobilis Hrehorius Tustanowski, a iure foro et iudicio suis quibuscunque propriis recedendo, presenti vero iurisdictioni Castren. Premislien. se cum suis heredibus bonisque suis omnibus in toto quoad ab infrascripta tantum attinet incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice recognovit, Quia Nobili Myslo Tustanowski et eius successoribus ad summam originalem quatuordecim flor. pecunie monete polonicae coram Iudicio et Actis terrestribus Premislien. inscriptam et recognitam, ac in quarta agri Borinska nuncupata assecuratam, duodecim flor. pecunie monete polonicae in dictis bonis quarta agri supranominati eidem Myslo Tustanowski adscribit, assecurat, et prescriptam summam originalem cum presenti adscriptitia iungit, ita quod exit summa simul iuncta et in unum connexa viginti sex flor. pecunie monete polonicae in eisdem bonis quarta agri dicti Borinski extendendo. Insuper dictus recognoscens se successoresque suos in eisdem bonis suis omnibus ad manus prefati Creditoris et successorum eius obligat et inscribit presentem inscriptionem ex his Actis ad acta terrestria Premislien. in [illegible] conscriptionem transferre et transportare, similiterque recognitionem facere necnon presentem adscriptitiam [illegible] originalem superiorem originalem presentem adscriptitiam in omnibus earum conditionibus punctis et clausulis in toto approbare ratificare et confirmare sub vadio similis summe adscriptitie duodecim flor. pecunie monete polonicae, Pro quo vadio dictus recognoscens cum suis posteris ad instantiam officii Castren. Premislien. per dictum Creditorem et eius posteros citatus, exclusa omni ratione quovis proprio Coram eodem officio cui se actus huius respectu cum bonis et successoribus subiicit quoad respondendum in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro dicto vadio tanquam [illegible] non recedendo in ipsa satisfacere omnibus exceptionibus controversiis prescriptionibus suspensionibus evasionibus Motionibus Appellationibus earumque prosequutionibus et dilationibus in Iustitia humana excogitatis et excogitandis in parte rei eius successoribus subsidium et successores eius tribuuntur, Nulla prescriptione terrestri obstante.

Domaraczki ttwr alio

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castren. Premislien. Nobilis Nicolaus Domaraczki, a iure foro et iudicio suis quibuscunque propriis recedendo, Presenti vero iurisdictioni Castren. Premislien. se cum successoribus bonisque sua omnia in toto quoad actum et effectum presentis inscriptionis attinet, incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice verbisque expressis recognovit, Quia Nobili Stanislao Domaraczki olim Nobilis Stanislai Domaraczki filio in Morawsko [illegible] et successoribus eius summam Centum flor. pecunie monete polonicae certi veri et liquidi debiti ac mutuati [illegible] tenere et est debitus presentibusque obligatur pro die et festo sancti Francisci Confessoris proxime et immediate ventura dare solvere, vel atque circa acta presentia Castren. Premislien. reponere et in absentia eius relinquere, reposita eandem non efficientibus, sub vadio similis summe Centum flor. pecunie monete polonicae ob non subsequendam solutionem summe eiusdem pro tempore solutionis assignato successoribus et in veram summam essentialem Ducentorum flor. pecunie monete polonicae absque quovis decreto officii committendo, Extendendumque summa simul iuncta Ducentorum flor. pecunie in et super omnibus bonis heredibus et obligatoriis prefati recognoscentis, extendique debebit. Insuper idem recognoscens se successores suos bonaque sua omnia eidem Creditori et posteris eius obligat presentem inscriptionem ex his Actis ad acta terrestria Premislien. in [illegible] vel meliori verborum forma transportare. Et circa transportationem presentis inscriptionis Nobilem Catharinam uxorem suam ad eadem terrestria Premislien. adducere et statuere, qui statuta tenebitur super presentem inscriptionem quoad omnia ius suum reformatorium et advitaliciale aliudque quodvis eam in bonis olim Mariti sui non quorumque concernendum et spectandum, consentireque in omnibus eius conditionibus confirmare sub vadio similis summe Centum flor. pecunie monete polonicae. Pro quibus vadiis ex quacunque re et causa successoribus et successorum [illegible] dictus recognoscens eidem Creditori et successoribus eius citare permiserit et successores permiserit, Exclusa ratione Actibus et districtibus omnibus, quibuscunque propriis et se presenti iurisdictioni Castren. Premislien. quoad respondendum cum successoribus bonisque suis omnibus subiiciendo, in primo citationis termino peremptorio coram eodem officio Castren. Premislien. stare parere respondere, ac pro prefatis vadiis et vadiis ab officio non recedendo in ipsa ipsaque satisfacere tenebitur cum sua posteritate, Terminum illum primum et alios subsequendos, nullaque lex excogitata nec colore excogitato neque inde neque extraneam [illegible] similiter infirmitatibus Actionibus pro maiori, Legalibus quibuscunque impedimentis non differendo nec prolongando, Omnibus exceptionibus Controversiis prescriptionibus suspensionibus evasionibus Motionibus Appellationibus earumque pro